



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Het Paradys Der Gheestelijcke En Kerckelycke
Lof-Sangen, Op de principaelste Feest-daghen des
gheheelen Jaers**

Afhakker, Aegidius

T'Shertogenbosch, 1627

Antiphonæ. Tot lof van onse L. Vrouw.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55083)

Canticum Symeonis.

Salva nos.

Luc. 2.

Nunc dimittis servum tuum Domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem Gentium: & gloriam plebis tuæ Israel.

Gloria Patri, & Filio.

ANTIPHONÆ

Tot lof van onse V. Vrouw.

Alma Redemptoris Mater, que per via cali
Porta manes, Et stella maris, Succurre cadenti,
Surgere qui curat, populo: Tu qua genuisti,
Natura mirante, tuum sanctum genitorem:
Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore
Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

Angelus Domini annuntiavit Mariæ.

Et concepit de Spiritu sancto.

ANTIPHONA.

Ave Regina caelorum, Ave Domina Angelorum,
Salve radix, salve porta; Ex qua mundo lux
est orta:

*Gaude virgo gloriosa, Super omnes speciosa.
Vale ô valde decora, Et pro nobis Christum exora.
Dignare me laudare te virgo sacrata.
Da mihi virtutem contra hostes tuos.*

ANTIPHONA.

Regina cæli lætare, Alleluia. Quia quem
meruisti portare, Alleluia. Resurrexit sicut
dixit, Alleluia. Ora pro nobis Deum, Alleluia.
*Gaude & lætare virgo Maria, Alleluia.
Quia surrexit Dominus verè, Alleluia.*

ANTIPHONA.

Salve Regina, mater misericordiæ, vita, dul-
cedo, & spes nostra, salve. Ad te clamamus
exules filij Evæ. Ad te suspiramus, gementes &
flentes in hac lachrimarum valle. Eia ergo Ad-
vocata nostra, illos tuos misericordes oculos
ad nos converte, Et Iesum benedictum fructum
ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O
Clemens, O pia, O dulcis virgo Maria.

*Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*